



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 113. Regis Hispaniæ responsum ad Nuntium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560. „sapientiæ, quæ sibi polliceri non pot-  
est ab iis Principibus, quorum vitio  
ineorum Regionibus hæresis sese dif-  
fuderat, quippe qui pertimescunt quid-  
quam agere, aut loqui, quod conta-  
minatis ipsorum subditis displicet:  
quoniam autem hoc Concilium con-  
gregari haud poterit, nisi cum magnis  
sumptibus, & ærarium Apostolicum  
non modo superioribus bellis exhau-  
stum, sed etiam ære alieno gravatum  
fuerit, quapropter Rex omni ope ex-  
actioni spoliatorum Ecclesiasticorum, fa-  
vere dignetur, præsertim cum ad id  
illum animare deberet generosus ipsius  
animus, quo vicissim grato animo com-  
pensare posset favorem sibi præstitum,  
vi cuius Papa ex Ecclesiæ bonis eidem  
pecuniarum summas ad classem suam  
restaurandam, augendamque necessa-  
rias haurire concedit.

## §. CXIII.

*Regis Hispaniæ responsum ad  
Nuntium.*

*Pall. n. 5.* Ad hanc Nuntii orationem Philippus  
Rex respondens præprimis suam in  
exhibenda Pontifici reverentia moram  
prolixius excusavit, hæc affirmans:  
„duos jam ante menses destinavi Ora-  
torem meum ad id obsequii præstan-  
tium Comitem Tendiliæ, cujus postea  
cuncta.



„cunctatio ex ejusdem morbo contige- Sæc. XVI.  
 „rat: nunquam vero fui animo lætiori, A. C. 1560.  
 „quam in ejusmodi Pontificis creatione,  
 „nam semper me præbui, ac dum  
 „vixero, ostensurus sum obsequen-  
 „tem filium Sacrosanctæ Sedis, adeoque  
 „ipsi Pio IV. non pro communi solum  
 „debito obtemperabo, sed etiam id fa-  
 „ciam ex benevolentia, ac reverentia  
 „quadam peculiari, qua semper illum  
 „prosecutus sum, ob conceptam a me  
 „opinionem de ipsius probitate, atque  
 „integritate: proinde majorem quoque  
 „observantiam, obedientiamque semper  
 „exhibiturus sum erga præsentem, quam  
 „erga Superiores Pontifices exhibue-  
 „ram.„

His dictis Nuntio munus suum exer-  
 cendi facultatem concessit, atque hunc  
 in modum prosecutus est. „Spondeo,  
 „me recogniturum pariter sanctiones  
 „cum detrimento Ecclesiasticæ juris-  
 „dictionis a me factas, easque, ubi  
 „convenit, revocabo, & si quid meis  
 „in Regnis opus foret, ad auctoritatem  
 „Pontificis, a quo tam benigne ea mihi  
 „offertur, confugiam: de Concilio au-  
 „tem ob negotii gravitatem compellor  
 „ad responsionem maturius digerendam:  
 „rogatus enim fui a Rege Christianissi-  
 „mo, ut nos ambo ejus celebrationem a  
 „Pontifice conjunctim peteremus, hinc



Sæc. XVI „accerfivi complures viros doctos meæ  
A.C. 1560. „ditionis, ut in tanta deliberatione ipso-  
 rum sententias audirem; nihil autem  
 „hucusque defuper fuit decifum.„ De  
 cetero Hispaniæ Rex per plurimos  
 dies eam refponfionem diffulit, ac tan-  
 dem reddidit, atque probavit, quod  
 Synodus convocaretur, atque a Ponti-  
 fice ultima Tridentinæ Synodi inter-  
 ruptio tolleretur, quem in finem pol-  
 licebatur, quod ad tam pium opus fe-  
 liciter promovendum omnes fuas vires  
 impendere, fuosque Epifcopos illuc mit-  
 tere, cunctaque in Synodi favorem exe-  
 qui velit: nihil tamen hac in re abs  
 Cæfaris, & Galliarum Regis confenfu  
 decidendum exiftimabat.

## §. CXIV.

*Suus Nepos a Papa ad Cæfarem  
 ablegatus.*

*Pallav. n. 7.* *Es seq.* Cum Franciæ Rex aliunde propen-  
 sum fele exhiberet, pariter Cæfa-  
 rem follicitare oportebat; ut igitur hic  
 quoque ad eadem pertraheretur ftudia,  
 fummus Pontifex ad illum ablegabat  
 Marcum Siricium Altempfium Comi-  
 tem Nobilem germanum, ac tum Caffa-  
 nenfem Epifcopum, iftumque comita-  
 batur Cornelius Muffus Bituntinus An-  
 tiftes, qui in Religionis negotio Mar-  
 cum adjuturus fecum pretiofa dona ad  
 cun-